

## Cartulaire de Marmoutier pour le Vendômois, Nr. 15

Successoribus nostris notum volumus fieri Hugonem filium Teudonis et sororem eius Hadvisam, alodia sua de Villariis vendidisse loco Sancti Martini Maioris Monasterii et loco Sancti Medardi in territorio sito Vindocinensi, precio constante solidis XIIcim et de biberagio totidem denariis, annuante eorum matre ..... et duabus Hadvise filiabus ..... que celebrata venditione, traditionem alodiorum ipsorum posuit idem Hugo super altare Sancti Medardi his qui aderant cernentibus cunctis et reclamante nullo. De eadem quoque terra impleto pugillo, revestivit Germundum Sancti Martini Maioris Monasterii, monachum qui regebat locum Sancti Medardi. Quorum omnis est eiusdem loci parechia testis, et nominatim isti: - Amalgerius servus Sancti Martini – Guarinus servus Sancti Martini – Herveus - Germundus monachus.